

ab ipsis occupata. Ipsi quoque civitatis archiepiscopus cum clericis suis et multi alii Christiani ibidem interfecti sunt et sanctorum reliquie in infidelium conculcationem date sunt et disperse. In quo quantum ecclesie Dei et toti Christianitati periculum im-
 5 mineat, et nos cognoscimus et prudentiam vestram latere non credimus. Maximum namque nobilitatis et probitatis indicium fore cognoscitur, si ea, que patrum^a strenuitas^a acquisivit, a bonis filiis strenue^b defendantur^c. Verumtamen si, quod absit, secus contigerit^d, patrum^e fortitudo^e in filiis imminuta^f esse probatur.
 10 Universitatem itaque vestram in Domino commonemus, rogamus atque precipimus atque in peccatorum^g remissionem^g iniungimus, ut, qui Dei sunt, et maxime potentiores et^h nobiles^h, viriliterⁱ accingantur et infidelium multitudini, que^k l¹ se^m tempus victoriae^l super nos adeptumⁿ letatur, sic occurrere, et ecclesiam orientalem,
 15 tanta patrum vestrorum^o, ut prediximus, sanguinis effusione ab eorum tyrannide liberatam, ita defendere^v et multa captivorum milia confratrum nostrorum de ipsorum manibus eripere studeatis^q, ut Christiani nominis dignitas nostro^r tempore augeatur et vestra fortitudo, que^s per universum mundum laudatur^t, integra et illi-
 20 bata servetur.

Sit vobis^u etiam^v in exemplum bonus ille Mathattias^w, qui pro paternis^x legibus conservandis se ipsum cum filiis et parentibus suis morti exponere et quicquid in mundo possidebat^y, relinquere nullatenus^z dubitavit atque tandem divino cooperante auxilio per
 25 multos tamen labores de inimicis tam ipse quam sua progenies viriliter triumphavit. Nos autem vestrorum^a quieti et eiusdem ecclesie destitutioni paterna sollicitudine providentes illis^b, qui tam sanctum tamque pernecessarium^c opus et laborem devotionis intuitu suscipere et^d perficere^d decreverint^e, illam peccatorum re-

a) fortitudo patrum *L*, strenuitas patrum *O*. b) strenue *O*. c) defendatur *O*. d) contingerit *M*. e) fortitudo patrum *M*, strenuitas patrum *L*. f) immutata *O*. g) remissionem peccatorum *ML*. h) ac nobiliores *L*. i) *om. M*. k) qui *M*. l) que fere semper victoria *M*. m) *om. M*. n) adeptam *L*, adepta *O*. o) *om. L*, nostrorum *O. NU II*. p) defensare *O*. q) studiatis *M*. r) vestro *L*. s) *om. M*. t) laudetur *M*. u) Sit etiam nobis *L*. v) *om. M*. w) Matathias *O. NU II*. x) patriis *L*. y) possederat *M*. z) nullomodo *M*. a) nostrorum *M*. b) illius *L*. c) necessarium *M. NU I*. d) *om. M*. e) decreverunt *M*.

7 bonis] vobis *Fr*. 9 esse] *om. Fr*. 11 atque in] et in *Fr. NU II*. 18 nostro] vestro *Fr*. 25 de inimicis — progenies] tam ipse quam sua progenies de inimicis *Fr*.